

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Jonstoni Historia Naturalis**

Historiae|| Natvralis|| De|| Serpentibvs|| Libri Dvo.||

**Jonston, Jan**

**Heilbronnae, MDCCLVII.**

**VD18 90529200**

Illustration: Tab. IV. Scytale [...]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11078**

Scytale



Ambisbæna Grevini




Cæcilia Blindschleich




Cæcilia Vulgaris




Cenchrus Veterum Belloni



Acontias Iaculus . Angelschlang



Acontias Alter





Scorpio



Amphisbena




Scorpio



Coluber



Coluber



Nome  
Ambro  
l. i. c. 5

Descripti

Nicand.  
Theriac

Nome  
Ambro  
l. i. c.



*Spumeus accenso non sic exundat  
akeno*

*Vndarum cumulus, nectantocar-  
basa Coro*

*Curvavere sinus, tumidos jam  
non capit artus*

*Informis globus et confuso ponde-  
re truncus :*

*Intactum volucrum rostris, epu-  
lasque daturum*

*Haud impune feris non ausi tra-  
dere busto,*

*Nondum stante modo crescens fu-  
gere cadaver.*

Morsum immedicabilem esse, Dioscorides prodidit: posse tamen ad inunctionem partis affectae et scarificationem procedi. Galenus Theriacam Andromachi vehementer laudat. Abensina vomitum provo-

cat, et diuretica commendat; exterius vero, emplastrum ex sale, calce, et oleo componit. Plinius de-  
coctum ex foliis lauri laudat: nec  
non falfamentorum cibum mero  
subinde hausto, ita ut circa vespe-  
ram, vomitu subinde reddatur.

De *Differentiis* nihil fere occur-  
rit. Solinus aspidis speciem esse  
putat, Dioscorides toto genere dif-  
ferre existimat. Aëtius ad illud vi-  
perarum genus reducit, quod in  
maritimis locis stabulatur. Grevi-  
nus a vipera maculis parvis in cau-  
da, et quod citius mortem inferat  
distinguit. At Marci populi Aëtio  
accedunt, et degentes in solo  
uliginoso vyperas; in falso  
Dipsadas nomi-  
nant.

Plin. H.N.  
23. c. 8.

*Differentiae.*  
Grevin. de  
venen. c. 14.

Galen. l. 11.  
de simpl.  
medicam.

## ARTICVLVS VIII.

*De Scytale.*

*Nomen.*  
Ambrosin.  
l. 1. c. 9.

**S**erpens Latinis Scytale dictus, Graecis quoque σκυτάλη, σκυτάλης, aut τὸ σκυτάλιον seu a forma τῆς σκυτάλης, quae vox baculum significat, seu a longa et terete figura, quod σκυτάλην lorum coriaceum aut baculum aequat; dicitur. Quidam *Caeciliam* vocant, quod ineunte vere ex antro egressus, faeniculum fugiat, ne visum recuperet.

*Descriptio.*

Forma est tereti et ita aequali, ut ubi caput vel cauda sit, discerni vix possit. Magnitudinem ligoni terrestri Nicander comparat. Quidam in tergo varia macularum ποικιλότητι distingui tradunt. Vnde pictum serpentem Mantuanus vocavit. De ipso et Amphisbaenae discrimine ita Nicander:

*Bifronti similem reperis scytalem  
Amphisbaenae,*

*Pinguior est tamen, et cauda quae  
nulla fere exit,*

Nicand. in  
Theriac.

*Crassior, ut quantum solita est  
comprehendere lignum,*

*Curva manus strictum, quoties  
tenet ipsa ligonem,*

*Tam prolixa, vagans, pluvio  
quam reptile coelo,*

*Quod faecunda genus sua gignit vi-  
scera tellus.*

In descriptione ejus errat Lu-  
canus, et Solinus forte ex eo.

De *Natura* hoc duntaxat habemus, tergo fulgere, forte, ut quia tarde progreditur, spectatores alliciat: primum, nondum dissipato brumae rigore egredi, et spoliolum deponere: ne visum recipiat, a faeniculo abstinere: (Gillius tamen oppositum scribit) nec ictu mortem inferre. Inflammationem duntaxat infert, qualis ab apum et vesparum aculeis prodire solet.

*Natura.*

De *Differentiis* nihil occurrit. Olaus Magnus cum Amphisbaena confundit.

## ARTICVLVS IX.

*De Amphisbaena.*

*Nomen.*  
Ambrosin.  
l. 1. c. 10.

**A**mphisbaenae nomen ab ἀμφί et βαίνο; quod geminum ut

caput ita incessum habeat, venit. Dicitur alias Amphicaephalos. Hesy-  
sychio

g 2